



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Isaacivs Confessor, Dalmatarvm Præpositivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

30. Maij.
de eod. 3.
Augusti
cū Fausto
& Dalma-
sio.

S. ISAACIUS CONFES-
SOR, DALMATARVM PRÆ-
POSITVS.

HIC ex oriente profectus Imperante Valente Ariano, Constantinopolim venit. Imperator cum bellum in Gothos moueret, beatus hic pater illi occurrit, suadetque & rogauit, vti Catholicorum seu Orthodoxorum Ecclesias aperiret: Recusante secundo aggressus eadem rogauit, vti nempe referret templa Catholicorum, si modo saluus ex hostium conflictu fugiturus reuerti cuperet. Imperator autem super hac illius in dicēdo libertate offensus, præcepit vti cæsus in vepreta abiiceretur. tertio tamen eundem rursus occupat, manusque freno iniicit, idem precatus, aperte etiam denunciato exitio, nisi Christianis sacraria redderet. Vnde maiori concitatus ira illum Saturnino & Victori custodiendū tantisper dedit, dum ipse patrato bello, cū pace reuerteretur. Hic, vir sanctus; *Si saluus & in pace reuerteris, non est mecum locutus Deus. Etenim victus ab hoste fugies, & captus obsessusq; igni ambustus vitam finies.* Bello igitur congressus cum hoste, victusq; Achy